



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



## *EULALIA*

### *European Latin Linguistic Assessment*

*Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)*

*(2019-1-IT02-KA203-062286)*

### *O2 European Latin Language Certification – Basic Level Multimedia Practical Tools*

**TESTS**  
*(French version : 31.01.2022)*

*Project Coordinator :*  
*Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)*

*Project Partners :*

*University of Köln (Germany)  
Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)  
University of Rouen (France)  
University of Salamanca (Spain)  
University of Uppsala (Sweden)*



*The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein*

Niveau A : le test se déroule en 90 minutes sans dictionnaire.

Pour le niveau A1 : 75% du total des points de la première partie (24/32) ; le niveau A1 est aussi validé quand on a répondu aux questions des deux parties et que 24 points sur 44 ont été obtenus.

Pour le niveau A2 : 75% du total des points des deux parties (33/44), dont 8 dans la seconde partie.

## Pars prior – De Gordio nodo


*Alexander Magnus fortis dux erat, itaque se Asiam occupare uoluit. In Phrygiae urbe, Gordio, per tempus biemale mansit.*

Alexander, *urbe in dicionem suam redacta*, Iouis templum intrat. Vehiculum quo Gordium, Midae patrem, *uectum* esse constabat, aspexit, cultu haud sane a uilioribus uulgatisque usu abhorrens. Notabile erat iugum adstrictum compluribus nodis in semet ipsos implicatis et celantibus nexus. *Incolis* deinde adfirmantibus editam esse oraculo sortem, Asiae potiturum, qui inexplicabile uinculum soluisset, cupidō incessit animo sortis eius explendae. Circa regem erat et Phrygum turba et Macedonum, illa exspectatione suspensa, *haec* sollicita ex temeraria regis fiducia, quippe series uinculorum ita adstricta, ut unde nexus inciperet quoue se conderet nec ratione nec uisu perspici posset ; soluere adgressus, iniecerat curam *ei* ne in omen uerteretur irritum inceptum. Ille, nequaquam diu luctatus *cum* latentibus nodis : « Nihil, inquit, interest quomodo soluantur », gladioque ruptis omnibus loris oraculi sortem uel elusit uel impleuit.

Quintus Curtius, *De rebus gestis Alexandri Magni*, Liber III, 1, 14-18



## Glossarium



<p>Gordius, ii, m = nomen, rex      Gordium, ii, n = urbs      Gordius, a, um      dicio, dicionis, f = imperium, ii, n      redigo, is, ere, egi, actum = servitute opprimo, is, ere      intrat = init      aspexit = uidit      uilis, is, e = res paruo pretio      abhorrens = dissimile      notabile = praestans      complures = multi      nexus, us, m = nodus, i, m      celare nexus = non potest nexus uidiri      incolae = Phryges qui Gordii sunt      adfirmare = dicere      oraculum = dei uerbum      sors, sortis, f = fatum, i, n</p>	<p>inexplicabile = implicatum      cupido = cupiditas      incessit = iniuit      expleo = impleo      turba suspensa = turba quae nihil agit      sollicitus = incertus      temeraria fiducia = superbia      series, ei, f = ordo, inis, m      perspici = considerari      adgressus = incipiens      iniecerat = genuerat      omen = deorum signum quod malum est      irritus = inutilis      nequaquam = nullo modo      luctatus (est) = pugnauit      lorum, i, n = uinculum      elusit = effugit</p>
---	--

**1) Identifier le groupe de phrases qui suit l'ordre du texte. Entourer la lettre qui indique la bonne réponse. (3 points)**

A.

1. Macedonum rex adstrictos nodos nexusque celatos uidit.
2. Regis gladius lora rupit itaque oraculum aut eludi aut impleri narratur.
3. Vrbs Gordium a Alexandro capta est.
4. Alexandro confidente, Macedones de incepto metuerunt.
5. Gordii uehiculum in templo, quo Alexander iuit, erat.
6. Phryges dixerunt oraculum de nodo esse.
7. Alexander Gordium nodum soluere uoluit ut Asiae dominus esset.

B.

1. Vrbs Gordium a Alexandro capta est.
2. Phryges dixerunt oraculum de nodo esse.
3. Alexandro confidente, Macedones de incepto metuerunt.
4. Gordii uehiculum in templo, quo Alexander iuit, erat.
5. Alexander Gordium nodum soluere uoluit ut Asiae dominus esset.
6. Macedonum rex adstrictos nodos nexusque celatos uidit.
7. Regis gladius lora rupit itaque oraculum aut eludi aut impleri narratur.

C.

1. Vrbs Gordium a Alexandro capta est.
2. Gordii uehiculum in templo, quo Alexander iuit, erat.
3. Macedonum rex adstrictos nodos nexusque celatos uidit.
4. Phryges dixerunt oraculum de nodo esse.
5. Alexander Gordium nodum soluere uoluit ut Asiae dominus esset.
6. Alexandro confidente, Macedones de incepto metuerunt.
7. Regis gladius lora rupit itaque oraculum aut eludi aut impleri narratur.

**2) Compléter le résumé suivant en insérant le numéro du terme manquant au bon endroit. (6 points)**

Alexander, cum Macedonibus militibus .... , Phrygum urbem cepit. Vrbs clara uehiculo uinculisque adstrictis erat. Id in Iouis templo positum erat. Incolae .... nodum soluuturum esse et in Asia .... credebant. Magnus rex putauit se nullam rem .... cupiuitque se oraculum implere. Vinculis .... , nodum gladio fregit. Alexander dicere oraculum .... esse potest ?

regnaturum esse	timere	uisis	fortibus	factum	uirum
1	2	3	4	5	6

- 3) Identifier certains mots de la phrase ci-dessous : remplir le tableau en suivant l'exemple donné.** (8 points, 1/2 par réponse)

**Vehiculum quo Gordium, Midae patrem, uectum esse constabat, aspexit, cultu haud sane a uilioribus uulgatisque usu abhorrens** (l. 1-2)

	uehiculum	quo	Gordium	patrem	uectum esse	constabat
Classe grammaticale	<b>substantif</b>					
Analyse de la forme	<b>accusatif singulier</b>					

	adspexit	cultu	abhorrens
Classe grammaticale			
Analyse de la forme			

- 4) Choisir la lettre correspondant à la bonne réponse et la reporter dans le tableau ci-dessous.** (6 points)

1. *urbe in dicionem suam redacta* (l.1) est
  - a. une proposition infinitive
  - b. une proposition subordonnée relative
  - c. un ablatif absolu
  - d. un gérondif
  
2. *uectum* (l.2) est
  - a. un participe à l'accusatif neutre
  - b. un participe à l'accusatif masculin
  - c. un supin
  - d. un adjectif à l'accusatif masculin
  
3. *haec* (l.6) est
  - a. un nominatif singulier
  - b. un ablatif singulier
  - c. un nominatif pluriel
  - d. un accusatif pluriel
  
4. *ei* (l.7) est
  - a. un génitif singulier
  - b. un datif singulier
  - c. un nominatif pluriel
  - d. un ablatif pluriel

5. *cum* (l.8) est
- une conjonction de subordination suivie de l'indicatif
  - une conjonction de subordination suivie du subjonctif
  - une conjonction de coordination
  - une préposition

6. *loris* (l.9) est
- un verbe conjugué au présent de l'indicatif deuxième personne du singulier
  - un verbe conjugué au parfait de l'indicatif deuxième personne du singulier
  - un nom au datif pluriel
  - un nom à l'ablatif pluriel

1	2	3	4	5	6

**5) Remplacer les expressions soulignées par une proposition subordonnée.** (9 points ; pour chaque phrase : 1 point pour le sujet, 1 point pour le verbe, 1 point pour le reste de la proposition)

1. Alexander, urbe in dicionem suam redacta, Iouis templum intrat.

Alexander, postquam....., Iouis templum intrat.  
*redigo, is, ere, egi, actum*

2. Incolis deinde adfirmantibus editam esse oraculo sortem...

Deinde cum ..... editam esse oraculo sortem...

*incola, ae, m  
adfirmo, as, as, are, ani, atum*

3. Soluere adgressus, iniecerat curam ei ne in omen uerteretur irritum inceptum.

Quia....., iniecerat curam ei ne in omen uerteretur irritum inceptum.

*adgredior, eris, i, gressus*


## Pars altera – De Alexandro et bello aduersus Darium

*Gordio nodo soluuto, Alexander aduersus Persas regemque bellum parauit.*

Cum deinde Darium, ubicumque esset, occupare statuisset, ut a tergo tuta relinqueret, Amphoterum classi ad oram Hellesponti, copiis autem praefecit Hegelochum, Lesbum et Chium et Con praesidiis hostium liberaturos. His talenta ad belli usum quingenta attributa ; ad Antipatrum et eos qui Graecas urbes tuebantur, sexcenta missa ; ex foedere naues sociis imperatae, quae Hellesponto praesiderent ; nondum enim Memnonem uita excessisse cognouerat, in quem omnes intenderat curas, satis gnarus cuncta in expedito fore, si nihil ab eo moueretur. Iamque ad urbem Ancyram uentum erat, ubi numero copiarum inito, Paphlagoniam intrat ; huic iuncti erant Eneti, unde quidam Venetos trahere originem credunt ; omnisque haec regio paruit regi ; datusque obsidibus, tributum, quod ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur impetrauerunt.

Quintus Curtius, *De rebus gestis Alexandri Magni*, Liber III, 1, 19-23.

### Glossarium




Hellespontus, i, m

Lesbos, i, f


Chios, ii, f

Cos, i, f



Paphlagonia, ae, f

Ancyra, ae, f



Persia, ae, f

Darius, ii, m = Persarum rex ubicumque = ubi Amphoterus, i, m + Hegelochus, i, m + Antipater, tri, m = Alexandri duces ora, ae, f = litus, oris, n praefecit = imperium dedit liberaturos : ut libertatem darent talentum, i, n : Graeca pecunia quingenti, ae, a : 500 attributa = data sexcenti, ae, a : 600 foedus, deris, n = scripta inter socios praesiderent = tuerentur Memnon, onis, m : nomen, Alexandri hostis uita excessisse = mortuum esse	gnarus = sciens in expedito = facilia fore = futura esse inito : incepto intrat = init iuncti : positi iuxta Eneti, orum, m = ei qui in Paphlagonia sunt Veneti, orum, m = ei qui in Venetia, regione in Italia, sunt trahere originem = oriiri paruit = imperia accepit et fecit ea quae imperata sunt obses, sidis, m = uiri capti pendere tributum = pecunia quae a uictis uictori datur Persa, ae, m : uir qui in Persia est impetrauerunt : fecerunt ut + subj
--	--

6) Compléter le résumé suivant à l'aide des verbes correctement conjugués ou des noms correctement déclinés. (9 points)

Alexander Persarum ..... Darium, occupare et simul regiones occupatas tegere uoluit. Itaque ..... quae in Hellesponto erant, Amphotero ..... copiaeque Hegelacho. Hi uiri ..... se ..... in tribus Graecis insulis impugnare. Vt proelium ..... quingenta talenta ..... Macedonum rex imperauit socios classibus ..... suis auxilium ferre. Sexcenta talenta Antipatro et ducibus fuerunt ad Graecas urbes defendas. ..... copiae a Alexandre Magno uisae sunt. Regioni cunctae Paphlagoniae praefuit sed non coegit ut Enoti sibi pecuniam quae a uictis debetur darent.

Trado, is, ere, tradidi, traditum	Iubeo, es, ere, iussi, iussum	Nauis, is, f.	Rex, regis, m.	Hostis, is, m
Facio, is, ere, feci, factum	Miles, militis, m	Accipio, is, ere, cepi, ceptum	Ancyra, ae, f	

**7) Cocher la bonne réponse. (3 points)**

1. Cur Amphoterus Hegelochusque in Graecas insulas ire debuerunt ?
  - ut Alexandrum liberarent
  - ad liberandum Memnonem
  - ad eas liberandas
  - ut Enetis et Venetis auxilium ferrent
2. Quid Alexander non sciebat ?
  - Memnonem e uita abiuisse
  - Memnonem mox e uita abiturum esse
  - Memnonem mox se occupaturum esse
  - Memnonem Ancyrae praesesse
3. Quis Alexandro tributum contulit ?
  - Persae
  - urbis Ancyrae populus
  - nemo
  - ei qui in Paphlagonia erant